

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XIII. Nequaquam ex Postillis integras Conciones describat, sed ad certam
Methodum proprio Marte suas Orationes sacras conformare annitatur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

XIII.

Nequaquam ex Postillis integras Conciones describat, sed ad certam Methodum proprio Marte suas Orationes sacras conformare annitatur.

Ἐξήγησις.

PER postillas cum *B. D. Tarnovio* Disputat. priore de Officio Ministror, Verbi intelligimus *Textuum Evangelicorum & Episcolicorū explicationes in formam Concionum à viris piis & eruditis & populum docendi peritis factas & typis exscriptas.* In his aliorum laboribus quibusdam indoctis Concionatoribus spes omnis posita est, quando enim meditanda, formandaq; concio, ad Postillas suas sive Homilias aliorum hinc inde conquisitas, tanquam ad sacram anchoram recurrunt, easq; vel integras vel magnâ ex parte describunt, memorię mandant, & ut suas ē suggestu pronunciant. Hoc respectu Postillæ *pigrorum pulvinaria* non injuriâ à nonnullis appellantur. Non desunt quidem, qui dicant, præstare, aliorum laboribus sacris prudenter uti, quam cruda sua studia & incongruas cogitationes cum offensione piarum aurium & irreverentiar, turpisque confusiois periculo in

in cathedram propellere; cum cum in finem
 conscriptæ sint ab aliis Homiliæ, ut habeant
 imperiti, quæ adhibere cum fructu proprio
 & ædificatione Ecclesiæ queant. Nec impro-
 bat hanc aliorum Doctorum Conciones re-
 citandi consuetudinem Augustinus lib. IV.
 ne doct. Christ. c. 29. quando inquit, *Sunt*
quidam, qui bene pronuntiare possunt, quid au-
tem pronuncient, excogitare non possunt; Quod
si ab aliis sumant eloquenter, sapienterq; conscri-
ptum, memorisq; commendent, atq; ad populum
proferant, se ampernam gerunt, non improbe
faciunt. Vult itaq; Sanctissimus Pater, ut il-
 li, quibus deest ingenii facultas, ut per se va-
 leant excogitare, quæ dicant, vel disponere,
 ut decet, aliorum peritorum operâ & lu-
 cubrationibus utantur. Ast enimverò e-
 jusmodi Postillatores alienis plumis ornati
 instar Æsopicæ corniculæ in conspectum Ec-
 clesiæ prodeunt, turpiterq; se effierunt. Hi
 more quorundam in opum faciunt, inquit Caro-
 lus Regius in Orat. Christ. Lib. III. cap. 15. p. 114.
 quibus, cum nihil suæ domi habeant, diebus festis
 non licet prodire in publicum, nisi vestibis com-
 modatò acceptis, quas si Domini repetant, ma-
 neat quisquis ille est ut implumis avis, & moveat
 cornicularisum furtivis nudat a coloribus. Hoc
 modo non exercentur dona illa, quæ Deo ho-
 mini-

mini-

minibꝯ concessit ad Ministerium sacrum, sed memoriæ tantum, & pronuntiationis. Et qvi verbatim orationem ab alio elaboratam vel præscriptam in publico recitant, actores potius sunt, quàm auctores, in affectibus frigidis, in applicatione jejuni & in docendo inutilis ac inepti, cum non possint sese ad captrum suorum auditorum accommodare. Adducunt enim sæpe ex Postillâ, quâ utuntur, ea, quæ nec loco, nec tempori, nec auditoribus, nec dicenti satis conveniunt. Carnificina insuper memoriæ est aliorum meditationes de verbo ad verbum ediscere & servilis ingenii. *duci malle, quàm ire.* Quæ quisq; proprio studio consequitur, ea facilius retinere & majori efficaciâ proferre solet, quàm aliena. Recte proinde D. Aegid. Hunnius in Meth. Concion. statim ab initio. *Probare nullâ ratione possum, inquit, supinam eorum ignaviam qui Evangelium aut Epistolam Dominicalem enarraturi, sine ullo præcunte suo labore, meditatione & inventione propriâ, confestim ad Postillas, ut vocant, recurrunt, & suo se munere probe defunctos autumant, si ex iis enarrationes ab aliis elaboratas psittaci in morem ex cathedra recitaverint.* Quidam non quidem ex unâ Postillâ integras Conciones transferibunt, sed collatis variorum Ecclesiæ Doctorum super eodem textu

textu Homiliis seu Concionibus, ex unâ Introitum, ex alterâ Exordium, ex tertiâ Propositionem & Partitionem, ex omnibus autem tractationem consuunt & sic qualemcunq; corradunt Concionem, quæ aliorum labores compilandi ratio omninò improbanda est. *Indoctæ admodum paupertatis est, inquit Drexellius part. III. Aurifod. c. XII. num. II. si concionaturus è libris Sermonum, Homiliarum, Concionum Postillarum, omnem suam eruditionem eruat & confarcinet, mixtura erit parum grata.* Perditur quoque stylus, inæqualiter ex diversis fontibus fluens. Et quando textus aliquis pro concione explicandus est, qui in Postillis explicatus non habetur, multiplex oritur labor, anxietas & trepidatio, Alii denique ordinem immutant, membra transponunt, ea, quæ breviter dicta sunt, dilatant, amplificant, vel nervosè, prolixius explicata contrahunt, omisissis vel resectis quibusdam, vel appositis, vel etiâ verba & phrasas variant, atque ita hoc ipsum, quod colligunt alienum, ordinando & ruminando suum faciunt, quod culpandum minimè est. Uti itaque indignum planè Evangelii Ministro, emendicare aut verbatim proferre Concionem ex alterius præscripto, & *Res asinini laboris est, magnum ingenii stuporem, summam ruditatem & ignaviam arguens, aliorum medi-*

tatis-